

DISSERTATIONIS ACADEMICÆ

*Vitam & Merita M. ISAACI B.
ROTHOVII,*

Episcopi q. Aboënsis,

Exposituræ

Particulam Vitam

Consensu Facult. Theol. in Reg. Acad. Ab.

Publicæ disquisitioni subjiciunt

Mag. JACOBUS TENGSTROM,

S. S. Theol. Prof. Reg. & Ord. Acad. h. t. Rector,

& Respondens

HENRICUS GABRIEL KRUSBERG,

Stip. Regius, Satacundenfis.

In Auditorio Majori die 19 Decembr. 1799.

Horis a. m. consuetis.

A B O Æ

In Officina FRENCKELLIANA

THESES RESPONDENTIS.

Thef. I.

Cum nec summis Dei Perfectionibus, nec morali hominis naturæ conveniat, ut exlex, s. legibus quibusvis solutus vivat, Deus jam inde a generis nostri incunabilis sensum & reverentiam recti animis nostris impresit, quo hacce per Rationem nobis facta revelatione nos sponte quasi nostra ad virtutem & officia duceret,

Thef. II. Cum vero præcepta hæcce Legis Naturalis vel ignorant, vel ad ea qua oportuit religione non attenderent ad vitia varia prona & prolapsi primi mortales, illis nova & immediata quadam Revelatione supernaturali denuo repetitis clariusque expressis novum robur & auctoramentum addidit, sicque duplici quasi vinculo nos ad obedientiam legibus suis præstandam obstrinxit.

Thef. III. Sed præter leges hæc naturales & necessarias, positivas quoque nonnullas nobis æque sancte observandas tulit, has vero non ex mero suo pendentibus arbitrio, sed cum morali nostra natura conjunctissimas, aptissimasque ad nostram promovendam & perfectionem & felicitatem.

Thef. IV. Leges Mosaicas Genti Judaicæ, cui olim sanctitæ sunt, fuisse convenientissimas, ultro largimur; insipienter vero fati & inepte ille ageret, qui eas etiam in reliquis orbis terrarum Civitates inferre, & ad earum normam mores nostri quoque seculi componere vellet.

Thef. V. Continet quidem Decalogus permulta egregia & maximè momenti de moribus præcepta, quorum pleraque e fontibus Religionis Naturalis hausta sunt; vix tamen, & non nisi contortæ interpretationis ope, omnia nostra officia inde deduci possunt.

Thef. VI. Præstat multo magis morum Doctrinam Christianam ex aureis Jesu sermonibus scriptisque Apostolorum ejus haurire, quibus edocti didicimus non ex fervili timore, verum filiali amore & reverentia, Patris nostri cœlestis mandata a nobis servanda esse.

Nomen Conjugis, quotque ex illa susceperit liberos, ignoramus. Ex his vero nobis innotuere *Elisabeth*, nupta Ja. 1658 Physices Profesori & Soceri in Præbenda Nådendalensi succesori, *M. Andreae Petreæ*, & alia Filia, (nomen latet) quam in matrimonio habuit *M. Andreas Bergius*, Pastor in *Töfåla*.

Præter symbolas, quas ad interpretationem Bibliorum Fennicam pro rata contulisse ipsum augurari licet, & Disputationem jam supra laudatam Synodalem de *Libero Arbitrio*, ex *Matth. Vogelii Thesauri Theologico*, (Tübing. a. 1592 impresso,) verbotenus

L ex-

comprobant, quare & alicubi in Actis Consistorii Episc. *Joh. Gezelio* sen. haud immerito audit: *En gammal och blödigh man*. Effecere inprimis mores ejus insoliti & a vulgari valde recedens vivendi ratio, ut haud raro contentius de ipso & sentire & loqui, quin imo publico risui & ludibrio ipsum nonnunquam habere, Cives sui sueverint, cujus rei vel sequens ex Protoc. Conf. Acad. d. 28 a. Apr. 1652 testimonium attulisse satis sit: *Besverade sigb Dn. Rector (Stodius) öfver Thomas Thomæson Inspektoren, betygandes buru såsom han nyligen hade sendt bodb til Hustron, låtit helsa henne, och be-gebrat en bans kraghe til låns til Comedien, och budbit dershöve $\frac{1}{2}$ R:dal., och Hustron utbi sin enfaldighet lent honom kraghen, den han sedhan satte på General Gustaff Horns Navrs bals, och sadhe at kraghen var M. Märthens, som för nådhens skuldb sålde honom för $\frac{1}{2}$ R:dal., begerendes fördenskuldb, at Senatus skulle gifva honom godb rådb, buru han skulle procedera medb denne injurien och despect?* Suavit ei Consistorium, ut

exscriptam, (*) Carmenque Elegiacum Græcum in nuptias M. Joh. Lilievan & Cath. Muur, Aboæ a. 1646 4:o, in aliud quoddam eruditionis suæ publicæ editum specimen non incidimus. Dubitamus quoque an eam *Artis Cabbalisticæ Descriptionem Latinam MS.* unquam exaraverit, cujus Auctorem ipsum tamen,

NON-

injuria sibi illata accuratius cognita & examinata, rem Consistorii iterum deferret censuræ. Sopitam vero amica compositione fuisse hanc litem conjicere licet, eum ejus in sequentibus nulla amplius mentio occurrat.

(*) Cum rarius in Eruditorum Collectionibus opusculum hocce occurrere soleat, recensebo quæ in rubro habet: *Disputatio Synodalis συγκελευση, qua Defendens non proprias Theses, sed alius opus utendam accipiens de Libero Arbitrio ex Art. XVIII. Aug. Conf. in anniversary Synodo Aboënsi d. 18 Junii anni currentis 1633. subjiciendo examini publico, sub presidio Rev. & Clarissimi D:ni Patris M. Isaaci Rothovii, Episcopi Ab. placido διαλογισμῶ committit Martinus Heinricus Stodius, Aboënsis, Græcæ L. Lector, Respondentibus Dn. Henrico Arvidi Kangasalsensium P. & Dn. Erico Nicolai Nykyrkensfi. Wittebergæ, ex Officina Typogr. Joh. Haken A. MDXXXIII. 4:o foll. 20.* cujus opellæ prima, quæ Titulum fert, plagula, nescio ex qua causa, Holmiæ ex Officina Reufsneriana recusa prodiit a. 1634. — Tractationi præfixæ sunt duæ Dedications, altera ad Finlandiæ Gen. Gubernatorem L. B. *Gabrielem Oxenstierna*, altera ad Ditecesos Aboënsis Ministerium, (foll. XI.) mira & indigesta omnino variarum rerum & sententiarum farragine oppletæ, nimis potius & luxuriantis eruditionis, quam subacti ingeni, testimonia.

nonnulli rei nostræ litterariæ Scriptores commemorant. (*)

ELOQUENTIÆ s. ORATORIÆ LECTORES.

Monuimus jam supra (pag. 36.) nullum nobis
innotuisse Lectorem præceptis Eloquentiæ ex profes-
so

L 2

(*) Sic habet *Arkenboltz Mem. de Christ.* Vol. I. p. 323: *Outre autres Ouvrages il a composé en Latin une Cabala, ou Necromancie, dont l'original se doit encore trouver dans les Archives; cui ad stipulatur Cel. Fant in Hist. Litt. Græce* p. 106. addita in rei fidem annotatione quadam ex epistola Secretarii *Gabm.* qua asferitur Reg. Dicafterium Aboënse de hujus scripti prohibitione d. 21. Aug. a. 1657 supplices ad Senatum Regni dedisse litteras. Rem vero tot idoneis comprobata testimoniis, dubiam nihilominus nobis sistunt sequentia momenta: 1.º Quod nulla in Actis Consistorii Academici, quæ omnia diligentiter versavimus manu, hujus operis *Stodiani* occurrat mentio, cum tamen varia minoris momenti, ad *Stodii* vitam opinionesque spectantia, sollicitè in illis annotata sint; neque opinari conveniat, Consistorium Acad. magicis quibusvis & necromanticis technis ex genio seculi infensissimum, æqua adeo mente opus hujus fursuris, si forte *Stodio* Auctore confectum fuisset, ferre potuisse, ut nulla hinc molestia ipsi, Magiæ & studii Cabbalistici jam dudum suspecto, procreata fuisset. — 2.º Seduli itidem pervolvimus Acta Regii Dicafterii nostri horum temporum, neque ex his idonea ulla colligere potuimus impacti *Stodio* novi criminis indicia. Cum enim causa, quam supra attigimus, Lectori Gymnasii Wib. M. *Forstadio* ex servatis, lectis & cum Discipulo quodam *Jo-*

seso tradendis in Gymnasii initiis constitutum; huic itaque Lectioni, quæ ad tenorem Constitutionis Gymnasticæ jam allatæ prima in Classe Philosophica erat, vicaria opera usque ad a. 1636 præfuisse & *Ericum Matthiæ Forthelium*, cujus vitam jam paucis (pag. 60 seqq.) exposuimus, &

BOE-

banne Henrici communicatis illicitis quibusdam magici & cabbalistici argumenti libris intentata, & in Consistorio Curiaque Civitatis Wiburgensis primum disceptata, ad Supremum Reg. Dicasterium Aboënse devolveretur, decrevit hocce Judicium Regium d. 25 Apr. a. 1656, at *Procancellario* hujus *Academiæ Doctori Æschillo Peträo* skall tillskrifvas medb begiåran, at han låther inquire-ra *M. Stodii* Bibliothek, om der några oläufiga Necromantiska böcker finnas, emedan *M. Arv. Forstadius* hafver bekient sigb en sådan diefvulsk book för en tidjb sedan af honom lånt hafva. Quænam hanc ob causam cum *Stodio* in Consistorio Academico acta fuerint, supra breviter enarravimus. Quamvis vero solemnî sententia nominati Dicasterii Regii d. 9 Febr. a. 1657 lata *Forstadius* officio suo iterum admoveretur, *best och emedan M. Mart. Stodius*, som sådane oläufiga böcker haft och *Forstadio* låhnt hafver, *sitter vidb sin function*; nihilo fecius binis & quod excurrit interjectis menibus sequentes ad Senatûm Regni d. 21 Maji ejusdem anni de *Forstadii & Stodii* causa Judices Aboënse dedere Litteras: *E. Nåder och Excellencer*, kunne *Vij* --- ej obemålt låta, huruledes genom *Profesforen* här vidb *Academien M. Mart. Stodium* åre någre oläufige böcker och *Magiske kånster* utbkomna ibland ungdomen här i landet, och derutaf en *Process* och råttegångb förorsakadt år

BOETIUM OLAI MUURENIUM s. MUUR, de quo itaque pauca, quæ ad notitiam nostram pervenere, jam dabimus: Wefsmannia oriundus, ubi Johannis

L 3

emellan en ungh Lectorem ifrån Wijborgh M Arv. Forstadium och hans Discipel, som en sådan book hos honom öfverkommit hade, hvilken saak är af Consistorialibus i Wijborgh til Rådflugun dersammastådes remitterat, der han är afdömd vorden, och sedan den Konungliga Rätts vijdare förklarings hemställt. Och såsom Wij befinne af Actis så väl utbi Wijborgh passerade, som eljest och sedermera utbi denna Konungliga Rätt, att saken intet kan blifva afdömd och sluten, förvån uti H. K. Maj:ts Vår Allernåd. Konungs och Herres frånvarande hoos E:rs Excellentier och N:der Vij utbi underdånighet Ofs förfrågadt hafva; Altså ... begiere Vij E Excell:r bebagade Ofs någon under rättelse meddela, hvadh utbi saken vore til at göra, på det sådant förargeligit förebafoande kunde blifva stybråd och hindradt, och Rätten excuserat, där något estertabl framdeles skee kunde; ty såsom man ehvfarit hafver, åbre icke fåå blesne otolige deröfver, och skulle til äfventyrs för Högstbemålte K. Maj:t sådant komma låtha m. m. Suiptamur jam has Litteras easdem esse, quas post Gabmium (quamvis errore fortassis diei 21 Aug. pro d. 21 Maj:?) excitavit Cel. Fant, easque vel male lectas, vel male intell ctas, ansam dedisse opiniononi de libro quodam cabbalifico & prohibito a Studio confecto; cui id solommodo culpæ olim datum est, quod libros quosdam cabbalificos e sua Bibliotheca mutuo aliis dederit, minime vero quod tales ipse conscriperit. — Et cum 3tio exemplum quoddam hujusmodi Libri nec in Archivo Regni, neque alibi hucusque reperiri potuit,

nis Gezelii sen. primum Præceptorem egerat, Aboam, (nescio quo anno quove casu,) appulit. Ipsum vero jam a. 1630 in his oris, morbo atque inopia simul afflictum, versatum fuisse, patet ex *Erici Forthelii*, supra nobis commemorati, ad præstantem eruditione *Juvenem virum Dn. Böttium Muur*, litteris consolatoriis, datis *Pargas* d. 4 Nov. a. 1630. (*) In sæpius allata *Dedicatione Disertationis Birg. Rothovii de Potentia & Actu*, Rostochii a. 1632 impressæ, *Eloquentiæ Lector* dicitur. In Testimonio vero quodam Latino, ipsis *Idibus Febr. a. 1633*. Adolescenti *Andreæ Canuti Finnoni* dato, se *Inferioris Matheseos Lectorem, Cantus & Gymnasii Rectorem* appellat. Item in *Dedicatione* jam supra a nobis laudatæ *Disertationis Brennerianæ* a.

1634.

jure me quidem judice dubitare licet, annon per errorem omnino *Stodius* operis hujuscemodi cabbalistici *Auctor* habitus sit?

(*) Ita vero inter alia *Muurenium* alloquitur: *Charissimos in vita Parentes, Affines & Amicos deseruisti, & natale solum reliquisti; postquam mutato celo in oras basse Finlandicas ingresus es, Naturam — — novercans sensisti, dolorem tibi adauxit, marsupium excenteravit, iniquos & abortivos fetus proprios, qui nomen tuum calumniæ nota præter omne fas & meritum inurerent, eduxit. Ad hæc Deus ipse te in suam propriam crucis scholam introduxit, ferula pestifera te corripuit. — — Novisti lue pestifera affectam hospitam uxorem, vidisti signa, patuit via elabendi; Tua tamen virtus relinquere eam non potuit, quæ tui prius curam gesserat. Etc.*
(Ex *Collectione Cel. Prof. Portban.*)

1634. *Matheſeos Lector* dicitur, & *Matheſeos Profeſſor* in Ep. *Jſ. Rothovii* eodem anno, ex occasione peragenda propediem in Gymnaſio mutatione Rectoratus, edito Programmate. In alio vero Gymnaſtico Programmate, quod circa idem tempus *Muurenius* ipſe Rectoris perfunctus officio evulgavit, ſe *Matheſiſ & Eloquentiæ Lectorem* nominat; e quibus facile apparet ipſum & Eloquentiam & Matheſin junctim in Collegio Aboëniſi docuiſſe, donec a. 1636 Paſtor & Præpoſitus in *Saltvik*, parœcia *Alandiæ*, deſignaretur, in quo munere impigra ac prudenti opera, quoad in vivis fuit, verſatus eſt, Eccleſiæ & Præpoſituræ ſuæ promovendis commodis ſtrenue intentus, cujus diligentiae vigilantiaque *Muurenianæ* plurima adhuc tam in Eccleſiis *Alandicis*, quam in Archivo Conſiſtorii Eccleſiaſti Aboëniſi, ſuperſunt egregia monumenta. Poſt multos & laudabiliter exantlatos labores obiit a. 1670, & in Templo *Saltviceniſi* ſepultus eſt, ubi in appenſa tabella grati poſteri ſequens ei poſuere Epitaphium:

*Poſtquam multa tulit, docuit bene, vixit honeſte,
Hoc Weſſmannus Muur condidit oſa loco.*

Conjugis nomen nobis non innotuit. Filium vero habuit *Boëtium Muurenium*, Sacellatum in *Saltvik*, quem inopem & morbo graviore correptum *Xenodochio* publico tandem illatum fuiſſe ex *Litteris Regiis ad Conſiſt. Eccleſ. Ab. d. 30 Jul. 1697.* didicimus. Una Filiarum *Catharina* nomine M. *Johanni Lilievani,*

van, Pastori denique & Præposito in *Nagu*, nupserrat. Secundam duxerat *Olaus Bechius*, Pastor in *Jomala*, & tertiam *M. Georg. Prytz*, Soceri in Pastoratu *Saltvicensi* Succesor, postmodum Pastor in *Korpo*, Præpositusque hujus & *Naguensis* Ecclesiæ. An plurium liberorum Pater fuerit, nescimus. (*).

Nec constat an scripta quædam erudita consignaverit, nisi illis annumerare placeat Testimonia & Programmata quædam Gymnastica, quorum nonnulla jam attulimus, quibusque duo tantum addere liceat, alterum quo *Cerevisiam Gregorianam* (**). s. Introductionem in Gymnasium recens inscriptorum Alumnorum indicit; alterum quo inertem quendam juvenem *Johannem Zeverini* e Gymnasio ablegat. (**)

Post-

(*) Cfr. *Radloffs Beskrifning öfver Åland*, p. 73. cujus amicitia & collectaneis nos plura, quæ de *Muurenio* attulimus, debere grati fatemur.

(**) Cfr. de ritibus in solemnitate hacce Scholastica olim utilitatis *Åbo Tidn.* a. 1772. p. 57. quorum vero in Programme *Muurenii* non nisi obiter mentio occurrit.

(***) Cum paucissima sint quæ inde ab his temporibus apud nos supersunt prisca rei nostræ litterariæ monumenta, haud ingratum fore putavimus Lectoribus nostris hocce qualecunque disciplinæ antiquioris ævi Scholasticæ hic offendere documentum: *Honorabili viro Pastore Hollensum, de salute filii sui Johannis Zeverini sub nostra ferula aliquamdiu militantis, ut semper vebementer sollicito, ita jam obnixè postulante manuum impositionem & ordinationem ad sacrum verbi ministerium, præten-*

Postquam a. 1636 *Forthelius* Pastorum *Peders-
örensens*, & *Muurenii Saltvicensens* obtinuerant, va-
canti jam Eloquentiæ Lectioni præfectus est

ANDREAS NICOLAI NEOCLEANDER, *Aboënsis*,
qui studia Litterarum Upsaliæ persecutus, a. 1632,
Præside *Johanne Staleno*, Dissertationem ibidem edidit
cui titulus: *Endecas Quæstionum Philosophicarum*, in cu-
jus rubro se *Aboënsis Dioceseos Stipendiarium* appellat,
alteramque a. 1633, Præside *Mart. Gestrino*, de *Cælo*.
His editis eruditionis speciminibus Philosophiæ Candi-
dati nomine & honoribus auctus est, (*) Rectorisque in
M Scho-

*dendo causas sat momentosas & cogentes, quibus per se
consideratis locum dare par esse videtur; secius relate,
& præsertim pro conditione præsentis temporis; obstat
enim ejus ruditas, studiorum macies, eaque non ex ri-
goroso aliquo sed puerili examine satis superque exami-
natoribus conspicua. Ideo coacti sumus eum in scholam,
quoad requisitis competentibus factus instructor, sicque
huic muneri præficiendo aptior & magis idoneus inven-
tus fuerit, remittere. Id ipse quasi onus immensæ molis
immanisque ponderis humeris suis impositum in totum
excussit. Musis Aboënsibus eam ob rem valedicens, ad
alias suo ingenio commoatiores concessurus, testimonium
cum petierit, ex decreto Consistorii in hunc modum for-
matum libenter communico. Te quisquis fueris, cujus
opem hic sollicitaverit, officiose rogo ut eidem facias
benigne &c. Abogia d 7 Idus Decembris a. 1632.*

(*) Cum adhuc a. 1638 *Philosophiæ Candidatus* appelletur
in Dedicatione Orationis, quam in Liberalitatis laudem
dicto anno Upsaliæ habuit *Andreas Johannis Keckonius*,

Schola *Helsingforsensi* officio postmodum admotus, (*) eidem præfuit ad a. 1636, quo in Gymnasio *Aboënsi* Eloquentiam prælegere cœpit. (**). Quæ a. 1641 adiit Pastoris & Præpositi munera in *Raumo*, mortuus a. 1656 vacua reliquit.

De Conjuge ejus posterisque nihil constat; neque præter allatas duas Disertationes Academicas ipsum scripta quædam edidisse novimus.

LOGICES LECTORES.

I. ERICUS MATTHIÆ BOTHNIENSIS f. FORTHELIUS, de quo jam supra pag. 60 seqq. Ad Pastortum *Pedersdørensẽm* a. 1636 translatus, Lectoris tamen officio per dimidium fere sequentis a. 1637 in Gymnasio fungi perrexit. (***)

Quis-

dubitare licet utrum Gradum Magisterii assecutus sit, quamvis Magistri titulo, quo jure nescimus, eum insigniat Cl. M. *Mellenius* in ferie Pastorum *Raumoënsium*, quam exhibet Disertatio ejus *om Raumo Stad* p. 27.

(*) Cfr. *Åbo Tidn.* a. 1772. p. 243.

(**) Confirmat hanc rem Protoc. Consistorii Eccles. Ab. d. 23 Jun. a. 1636. *Ankom Ebrevyrdige Fadrens Biskopens bref ifrån Stockholm til Capitlet, med then befallning, at Dn. Candidatus Andreas Nicolai Neocleander skulle nu straxt tråda in Gymnasio til någon Lektioner och begynna prælegera.*

(***) Compenzata est hæc ejus opera 30 frumenti tonnis, *emedhan han sitt Embethe medh floor nytto och idke-*

Quisnam vero ei in Lectione Logica succeserit ignoramus; nisi forte quidam

NICOLAUS LINDORMI, quem Rationes publicæ, in Camera provinciali aservatæ, referunt a. 1638 ex Territorio *Halikoënsi* 100 tonnas frumenti salarii loco percepisse ob operam in Gymnasio collocatam, quamque vacuæ post *Korthelii* abitum Logices Lectioni ipsum dicasse, veri omnino nobis videtur simile. (*)

MATHEMATUM LECTORES.

I. BOETIUS MUURENIUS s. MUUR, de quo jam in antecedentibus. Cum Pastor *Saltvicensium* a. 1636 factus esset, in ejus locum successus est

2. M. GEORGIUS ALANUS, *Alandus*, nat. d. 12 Febr. a. 1609 parentibus *Christophoro Sigfridi*, Pastore & Præposito in *Jomala*, & *Elisabetha Georgii*, Pastoris in *Wirmo* Filia. Absolutis in Ludo litterario *Aboënsi* Scholasticis studiis, a. 1627 *Upsaliensem* Academiam salutavit, ubi & Gradu Philosophico ornatus a. 1635. Domum a. 1636 redux sequenti anno 1637 Matheos Lectionem post *Muurenium* consecutus est, quam a. 1640 cum Physices & Botanices Professione in nova Academia *Aboënsi* commutavit. A. 1648 tertius, atque

M 2 a. 1653

Sambet utbsfört hafver. Ex Protoc. Consistorii Eccles. Ab. d. 3 Maji a. 1637.

(*) Hunc *Nicolaum Lindormi* ad Rectoris in Schola *Hel-singforsensi* manus postmodum translatum fuisse docent *Åbo Tidn.* 1772. p. 243.

a. 1653 Primarius Theologiæ Profefor constitutus,
 a. 1660 titulo honoribusque Doctoris Theologiæ
 condecoratus est. In matrimonio habuit *Elisabetham*
Consulis Neocopiensis Nicolai filiam, VII filiorum &
 VI filiarum matrem. Obit d. 15 Jul. 1664. (*)

Per tres annos, quibus docendi munus in Gymnasio gesfit, nullum, quantum quidem nobis constat, scriptum edidit. Quæ sequentibus temporibus prelo commisit erudita opera, nostræ jam non sunt indaginis. (**)

PHYSICES LECTORES.

An in Gymnasii primordiis Physices administrandæ Lectioni quisquam præfectus fuerit, acta haud indicant. Unus qui nobis quidem innotuit Physices Lector est

JOHANNES BIRGERI ORBERGIUS, quem a. 1637 & 1638 huic Lectioni simulque Rectoratui Gymnasii præfuisse, tam ex litteris ejus commendatitiis de *Eleomofyna Scholastica in Hammarland*, parœcia *Alandia*, colligenda ad Pastorem ibidem *Matthiam die Laurentii* a. 1637 datis, quam ex Dedicacione Orationis supra commemoratæ *Andreæ Keckonii in Liberalitatis*
 lau-

(*) Plura de ipso memoriæ prodita exstant in *v. Stjernman Aboâ Litterata* p. 60, 61. *Radlofs Beskrifning öfver Åland* p. 253. & *Minne öfver Terserus* p. 76 & 77, 82, 97 & c.

(**) Exhibent ea *v. Stjernman* l. c. & *Lidén Catal. Dispp. Abb.* p. 15.

laudem a. 1638 Upsaliæ habitæ colligere licet. Quæ reliqua ad vitam ejus pertinent, nondum expiscari potuimus.

Monuimus jam supra pag. 36. nullam in primis Gymnasii Constitutionibus de *Politices* ibidem instituenda Lectione mentionem occurrere; nihilominus docent Acta in Archivo regni servata, jam a. 1632, iterumque a. 1634, *Politices* Lectores Gymnasio Aboënsi datos fuisse. Quis primus ille fuerit ex Actis jam laudatis non constat; (*) alter vero erat

M. STEPHANUS GALLIUS, *Holmiensis*, Concionator Legionum *Elbingsium* a. 1630 & 1631, dein vero *Marpurgi* Philosophiæ Magister a. 1633 renuntiatus, Cancellario Regni *Acelio Oxenstierna* a Sacris esse cœpit. A. 1634 d. 13 Aug. *Politices* Lector in Gymnasio Aboënsi; (***) hinc vero non ita multo
M 3
post

(*) Habet Registrum anni 1632 sequentem annotationem: 1632. *Abo Politices Lectoris bestelling*, f. 194; Ipsa Acta vero citata jam perierunt.

(**) *Wij Christina m. m. Giöre vitterligit, at medban sal. Kongl. Maj:tt vår Högståbrade kåre Herr Fadber, Glorvyrdigst utbi Åminnelse, hafver af ett Gudeligitt upsåtb och betänkiande uprättat ett Gymnasium utbi Åboo, til hvilkett han bassuer förordnatt 6 Lectores, som Ungdomen dersammastådbes i boklige konster undervisja skall; Och emedan Lectio Politices nu vacerar, och Wij befunnit bassue, att denne bressuijsere vår troo undersåtte M. Stephanus Gallius skall vara skickeligb samma tiensjt at förestå; Dy bassue Wij nådigst honom bårmedb*

post ad Concionatoris munus in Aula Reginae Christinae vocato a. 1639 Paroecia Wallentuna Præbendæ loco assignata est, quam tamen, renitente Consistorio Ecclesiastico Upsaliensi, adire ei non licuit. A. 1644 d. 13 Apr. Pastor in *S. Clara & Bromma*, cui gemino officio egregie invigilavit, donec a. 1647 d. 8 Sept. fatali morte in aquis periit. (*) Hæc

och utbi detta vårt öppne breffs krafft beviljadt, samtyckt och confirmerat, at han besteltes Lector Politices i förb:te Gymnasio vara skall; Och skall han vara förpligtadt, att vara Ofs och Sveriges Chrono buldh, trogen och retrådigh i alla måtto, skadba och fördärf, der han förnimmer sådant att vara på färdbe, i tijdb tillkänna giffua, och effter yttersta förmögenbeet bielpa till att afvärja; Såsom och Ungdomen slitigt låra och undervijsa i en rätt uptuchtelse, och nödtorfftig allfuar-sam disciplin och lärdom, och medh största sligt, utban all försummelse dett så förestå, som han för Gudh och Ofs vill till svars vara. Och på dett han desto sligtigare sitt ombetrodde kall utbrätta skall, så unne och efterlåtbe Wij bonom äffuen sådant och så mycket span-måls underbåld, som Wij de andse Lectoribus Philoso-phie dersammastedes undt hoffue att bekomma. Det Våre Gouverneurer, Ståtbållare och Befallningsmän, samt alle andre detta vjldkommer, hoffue sigb at effter rätta. Til yttermera m. m.

Gabriel G. Oxenstierna, Jacob De la Gardie, Carl
Carlsson. Pehr Brahe, Gabriel B. Oxenstierna.

(Beställningh för M. Stephano Gallio att vara Lector Politices i Åboo Gymnasio. Giffuen Stockholm d. 13 Aug. 1634. Ex Registr. Archivi R. fol. 704.)

(*) *Cir. v. Stjernman Biblioth, Sveog, T. 2. p. 747. ubi*

Hæc sunt quæ de prisce Gymnasii *Aboënsis* fatis, Lectoribusque quorum opera olim inclaruit, indagare valuimus, quæque hinc inde in unum congesta aliis rei nostræ litterariæ peritioribus denuo augenda, limanda & perficienda lubentes tradimus; jam ex devotulo paullo longiori ad reliquas *Rothovii* nostri res gestas breviter enarrandas redituri.

In his vero *Rothovii* de Ecclesia nostra eximiis meritis perseguendis ad eam attendere lubet temporum feriem, qua se nobis exhibent sparsa quæ adhucdum supersunt litterarum monumenta, lucem quandam iis ut spero conciliatura temporibus, quibus suprema apud nos rerum ad Religionem spectantium cura *Rothovio* delata fuit.

Eminent in his variæ sic dictæ *Constitutiones*, Diœcesi *Aboënsi* latæ, quibus inde a quo eidem præesse cœpit pie prospexit, ut omnia decore & *uata* *Jaži* agerentur in Ecclesia Dei. Cum enim *Ordinamenta Ecclesiastica* a R. JOHANNES III sancita & a. 1571 typis edita, sequentium temporum usibus neque omnino conveniret, neque sufficeret, plures Patriæ Episcopi optimo sane consilio Statuta varia ediderunt Diœcesana, ad Religionis uberiolem & fructuosam
ma-

& scripta ejus recensentur, *Nordbergs S. Claræ Minne* p. 154 & *Rüdling i stor stående Stockholm* p. 151. — Addendus & hic *Gallius* Catalogo Lectorum *Aboënsium*, quem exhibet Cl. Lector M. *Alopæus in Hist. Litt Fenn.* p. 42 seqq.

magis cognitionem morumque emendationem promovendam tendentia, quibus in quaque Diœcesi intemperate constitit auctoritas, donec *Lege sua Ecclesiastica*, a. 1686 promulgata, R. CAROLUS XI ea omnia sustulit irritaque reddidit, omnem jubens Ecclesiam Sveogothicam ad hanc ubique eandem se componere normam.

Tres ejuscemodi, at variis temporibus a *Rothovio* editæ nobis innotuere *Constitutiones*, quarum ætatem haud quidem accurate definire licet, quas tamen ad primordia Episcopatus sui referendas esse vel inde patet, quod iis fundamenta quasi posuerit *Disciplinæ Ecclesiasticæ*, cui fovendæ & confirmandæ sequentibus officii sui temporibus tanto studio incubuit.

Primum in his locum tueri videntur xxxvi canones s. regulæ, quibus nomina sua subscripsere tum temporis Regni Senator ac Generalis *Finlandiæ* Gubernator, L. B. *Nicolaus Bjelke*, atque noster *Isaacus Rothovius*. (*) Occurrit earum apographon fol.

(*) *Infertæ Novellis Aboënsibus (Åbo Tidn.) a. 1793. N. 19 & 20*, hocce titulo s. prefamine munitæ: *Aldenfundb utbi Åbo Församling och omliggande Städer och Sochnar utbi Finlandh är infördh een mechts stor oordningh, then man ville gärna afskaffa, tberföre haffuer jagh off Guds Ordb, Ordinantia Ecclesiastica, och andra välbestälte Församlingars Christeliga och låstiga bruk tbesse efterföljande Constitutiones sammansatt, be-*